

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 3589

**Auteur(s) :** Louis IX, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Robert II, Artois (comte)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1259, juin

**Lieu d'émission :** Paris

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Louis [IX], roi de France, notifie le mariage de Robert, fils de Robert, comte d'Artois, et Amicie, fille de Pierre de Courtenay.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 618, p. 117.

Texte établi d'après a

Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex. Noverint universi quod coram nobis constituti karissimus ne pos noster Robertus, filius bone memorie Roberti comitis Attrebensis, quandam fratris nostri, et Amicia filia quandam Petri de Curtigniaco, de voluntate et consilio amicorum suorum, promiserunt, quod, quan cito poterunt, inter se matrimonium contrahent, dummodo ab ecclesia approbetur, et specialiter dicta Amicia super hiis fidem dedit, et in eundem Robertum per verba de presenti consensit. Insuper Matildis Attrebensis comitissa, mater dicti Roberti, et Petronilla, uxor Henrici de Soliaco, dicte Avicie mater, fide prestita corporali, promiserunt quod bona fide et pro posse suo procurabunt et inducent dictos Robertum et Amiciam ad contrahendum inter se matrimonium, quam cito eos ad etatem aptam matrimonio contigerit pervenire. Preterea dicta Amicia, si post contractum matrimonium eidem Roberto supervixerit, pro dote sua habebit toto tempore vite sue Bapalmas, totam castellaniam in terris, redditibus, justiciis, traverso et in omnibus aliis expletis, qualitercumque eveniant, de rebus superius nominatis, quibus debet esse contenta pro dote quam posset in Attrebensi petere comitatu. Amici vero dicte Amicie, quorum voluntate et consilio hec facta fuerunt, sunt hiis Robertus Aurelianensis episcopus, Radulphus, Johannes, Guillelmus de Courtigniaco, fratres patris dicte Amicie. Symon de Monteforti, comes Lyceistrie, avunculus dicte Amicie, et mater dicte Amicie. Amici vero dicti Roberti sunt comittissa Attrebensis, mater dicti Roberti. Si vero inter ipsos Robertum et Amiciam matrimonium non contingeret subsistere, nolumus eam sine consensu et assensu predictorum amicorum suorum aliis maritari. Et nos, si sancta ecclesia adsenserit ad preces dictorum amicorum, predictis nostrum consensum prebemus et assensum. In cuius rei memoriam et testimonium, presentes litteras fieri fecimus sigilli nostri appensione munitas. Actum Parisius feria secunda post festum beati Bernabe apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono.